



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1589. usque ad annum 1595 - Una Cum Criticis R.P.  
Honorati A S. Maria Carmel. Discalc. Observationibus In Historiam  
Ecclesiasticam Abbatis Fleurii

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118669**

§. 58. Puccius ad Rogi supplicium damnatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67252](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67252)

**Sæcul. XVI.** vulgus sparsa carceri mancipatur: qui-  
A.C. 1595. nimo Socinus inter disputandum ad

maximas illum redigit angustias, quam-  
vis ipse met tot novitates, atque insula  
dogmata evomuisset, ut non minus ejus  
amici, quam ipsius hostes, quales erant  
Lutherani, & Calvinistæ ab eo etiam  
aperta vi sese segregarent, illumque tan-  
quam factiosum, furiosum, maledicuum,  
arrogantem, Novatorem & hæreticum  
traducerent: insuper illum insimula-  
bant, quod horrendas, Deique verbo  
adversas opiniones propugnaret, &  
propitiationis Sacrificium a Christo Do-  
mino pro nobis oblatum pernegaret.  
Socinus hæc probra identidem ei ob-  
jecta pertæsus eodem adhuc anno Ba-  
filea excessit, Tigurum delatus, quo  
Puccius recuperata libertate illum in-  
sequebatur, unde inter eos recrude-  
scente disputationis æstu sacris litigij  
non nisi in Polonia finis fuit impositus.

## §. LVIII.

*Puccius ad rogi supplicium  
damnatus.*

*Micraet.*  
*Synt. hist.*  
*Eccl. p. 860.*  
*Gilb. Voe-*  
*tius disp.*  
*Theol. I. 2.*  
*pag. 234.*

**A**ttamen Puccius funestum vitæ suæ  
exitum sortiebatur; postquam enim  
varias regiones peragrasset, tandem in  
Archiepiscopi Salisburgensis manus in-  
cidens, ab eodem Romam mittebatur,  
ubi

ubi anno Christi millesimo quingentesimo octogesimo sexto ad rogi supplicium damnatus est. Hunc Virum depingens quidam Scriptor testatur, quod nequidem leviter literis, ac Philosophiae, & sacri Codicis cognitione tintus libros edere, ac disputationes instituere præsumperit, & fanaticis deliriis plenus pro aris, & focus propugnarit, omnes honestæ vitæ Viros etiam Paganismo addictos salutem æternam consecuturos, quin alicujus saluti obstet, quod religionis principia ignoret, fidem evangelicam abneget, aut Baptismum non receperit, cum moribus exterius inculpatis vivere, satis, superque sit. (\*) Præterea Socinus in quodam suorum operum hæc addit: „recepit ab eo liberum italicice scriptum circa signaculum „sacris literis appositum, nihil tamen „in divino hoc Codice intelligi potest, „sed utriusque magni Viri Moysis, & „Eliæ, de quibus in Apocalypsi mentio „fit, adventus est præstolandus, hi enim

Sæcul. XVI.  
A.C. 1595.

, om-

(\*) Quot, & quanti hodie dum inter Christianos reperiuntur ejusmodi Puccii rogi supplicio digni, qui tamen sese *Esprits-Forts* nominant, & illustrati sæculi felicitati veram fidei suæ cognitionem, seu potius æternam ruinam debere jactitant.

*Hist. Ecclesi. Tom. I. I.*

Nn

Sæcul. XVI. „omnia Bibliorum mysteria explicata.  
A.C. 1595. „bunt: eapropter hac regula ad dirimendam Religionis controversias ante  
„hæc tempora uti haud debemus.“

## §. LIX.

*Socinus seditionis apud Polonia Regem accusatus.*

*Socin. de  
Mag. adv.  
Paleol. p. 1.*

Postea Socinus Tiguro in Transylvania contendit, illinc vero exeunte anno millesimo quingentesimo septuagesimo nono delatus Sectariorum Ecclesiæ variis dissidiis foede scissas reprobabat: has igitur suis fallaciis eodem induxerat, ut in nefandas ejus opiniones conspirarent: cum autem a spuriis reformatis impugnaretur, hisce dissidiis sibi funestum negotium apud Regem facesset; hi enim hæretici, ut extremum Socino exitium pararent, eundem coram Stephano Battorio Poloniæ Rege accusabant, quod suo libro contra Jacobum Palæologum seditiones opiniones insperserit, ac intestina bella, quibus Regnum aliunde infestabatur, sovere faterentur: verum hæc Protestantium accusatio tam manifesto innitebatur mendacio, ut ad eos falsitatis convincendos duntaxat ipsum Socini librum consulere satis, superque sit; ibidem enim passim legitur, quod accerrime illorum opinioni, qui arma adver-

*Hornbeck l.c.*